



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

3. De obedientia exhibenda praefectis sodalitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

*4 Si nonnū
quam Soda
litas ali
qua & ani
morum fiat
renouatio.*

Postremum: si annis singulis semel a-
nimorū, & Sodalitatis, insigni ritu, & præ-
paratione instituat^r renouatio: qua sese
omnes confessione præmissa, & Commu-
nitione, beatissimæ virgini rursus offerant:
vt sic & totius anni admissæ in Sodalitatis
officio negligentis benignè à benigna ma-
tre remittantur; & nouis quasi animi &
corporis viribus ad eam solito alacrius, &
diligentiùs colendam aggrediantur.

PARS TERTIA.

*Quanta solitudine parere debeant So-
dales Præfectis & Officialibus
Sodalitatis.*

*Nulla vir-
tus Deo gra-
tior Obedi-
entia.*

INter omnes virtutes, quæ nos Deo gra-
tiores, Christi q; Iesu similiores faciunt,
est obedientia, cuius exercendæ potissi-
mùm causa, instituti sunt in terris sacri re-
ligiosorum hominum Ordines; vt nimirū
in terris similitudo aliqua esset eius perfe-
ctissimæ obedientiæ, quæ in cælis est. Quo-
circa beatos se, & felices existimare debent

*Sodales obe-
dientes suis
præfectis,
B. Virg. obe-
diunt.*

Sodales, quòd tantæ virtutis exercendæ oc-
casionem aliquam in Sodalitate habeant.
Sed & persuadere sibi debent; Obedi-
entiam se præstare Dei matri, Doming, & Pa-
renti suæ, quando eius locum in sibi sacra

hac

hac familia tenentibus obtemperant. Postremò magni meriti est, tam nobilem exercere virtutem, & voluntati aliquando suæ (cuius homines natura tenacissimi sũt) reluctari, vt alterius voluntati morem gerant. Qui verò dedignantur parère maioribus suis, & quæ sibi proponuntur in Sodalitate, pro virili sua exequi, sat ostendunt. *Inobedientes sunt filij* *Euæ, non* non esse se filios Mariæ, cui Obedientia nihil fuit gratius; sed inobedientis Euæ pro *Mariæ, dæ-* *monis manus* *cipia, non* *Christi ser-* *ui.* les; non Christi, qui factus est obediens vsque ad mortem, seruos; sed dæmonis, qui primus inobedientiæ auctor fuit, mancipia; ac propterea periculum esse, ne in ruina & exitium præcipites abeant.

PARS QUARTA.

Orationes aliquot ad hunc locum facientes.

*Oratio quæ recitari subinde potest
ab quouis Sodalitatis ad-
ministratore.*

OMnipotens, & misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, largire mihi indigno famulo tuo, vt oēs affectiones, & cogitationes meas in te dirigā.
Allu-